



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopus Co-||loniensiſ Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Trigesimumprimum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A** nita, quos inter quarto loco fuit Episcopus Mindensis, qui ut dicitur in manuscript. *ad ordines Henrici iens, in sacello Geuelsbergensi orauit &c.* vero mihi fit simile ante collationem ordinum autumnalem, quæ consecrationem Henrici præiuit hæc contigisse & (quod Historiæ Coloniensi seruit) circa idem tempus Henricum ab Episcopo Mindensi, sacro Presbyteratus ordine esse initiatum, nisi lubeat verba manuscripti sic explicare: ut ire ad ordines Archiepiscopi idem sit quod ire ad consecrationem, & si in eo sensu hæc accipiuntur, nihilominus historiæ tempus conuenit.

### Caput Trigessimum primum.

*De conuerso Campensi à tentatione importunâ per ipsum liberato.*

**C**ONVERSUS quidam Campensis monasterij, olim nobilis fuerat, & vitæ sic satis honestæ. Huic oranti adeò importunè se ingerebant *Eccl. 10.* cogitationes diuitiarum & honorum mundi huius, ut instar muscarum morientium, suauitatem vnguenti, id est, orationis deuotionem, perderent. Crebrò ille corpus suum cædebat virgis, & multorum Sanctorum suffragia implorabat, ut liberaretur: sed non impetrauit. Tandem memor Archiepiscopi ENGELBERTI pro iustitia cæsi, flexis genibus illum inuocauit, & eadem hora adeò liberatus est, ut deinceps nihil eiusmodi sentiret.

### Notatio ad Caput Trigessimum primum.

**D** Manuscript. ait conuerso huic nomen in sæculo fuisse Gerhardus ab Odocar.

#### §. Campensis Monasterij.

In finibus Diœcesis Coloniensis inferioris iuxta celebrem in Belgicis bellis munitionem, nuper ab Hollandis trium septimanarum spatio expugnatam Renibercam, successor Hermannus diuitis Fri-



Monasterium Campense.

dericus Archiepiscopus quondam anachoretis Cisterciensibus cœnobium veteris Campi, loco amœnissimo ædificauit, A ita vt ab Aquilone Cliuiam, ob occidente Geldriam oppida spectaret.

### Caput Trigesimum secundum.

*De Muliere cuius filium paralyti liberauit.*

Paralyti-  
cus sanatur **M**VLIER quædam filium habens paralyticum, martyri vouit se cum filio, si eum sanaret, venturam ad eius monumentum, & munera <sup>B</sup> oblaturam. Votum mox consecuta est salus ægroti: & martyri iucundis animis persolutum est, quod fuerat promissum.

### Notatio ad Caput Trigesimum secundum.

**M**Anuscript. dicit foeminam hanc fuisse ex villa Herckrode, iuxta Hemersberg, nomine Helewigem, filium appellatum Gerhardum, qui tribus mensibus sic paralyti de- cubuerat affixus lecto, vt vsu pedum amisso profus incedere non posset.

### Caput Trigesimum tertium.

*De Pueri quem à caduco morbo sanauit.*

**A**LIA mulier, natione Geldrensis, Colonia in parœcia S. Seuerini <sup>D</sup> degebat vidua cum matre sua & filio adhuc puero, qui miserè caduco morbo affligebatur. Quod cum mater ferret molestissimè, dixit quandoque matri suæ: Audio Episcopum ENGELBERTVM multis clare miraculis: quid si ducamus filium ad sepulchrum eius? Respondit Temeritas illa: Cras eum ducemus ad aram sancti Cornelij, quæ est in Ecclesia S. foeminae Seuerini. Is enim solet huic mederi morbo. Manè igitur veniunt ad altare, offerunt munera, & orant pro puero intentissimè. Ea die visus est Miraculū. planè liberatus à morbo puer. Itaque auia eius, tanquam improperans marty-